

www.e-rara.ch

**Methodius olimpi lyci primum et postea Tyri civitatum episcopus: nitido
compositoque sermone multa egregia edidit documenta, et praesertim de
mundi creatione**

Methodius

[Basel], [anno 1515]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5413>

Ad venerandum religiosumque fratrem Ioannem Meder ordinis sancti Francisci minorum de
observantia in Basilea publicum concionatorem: Sebastiani Brant in beati methodii
revelationem prefatio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Ad Venerandū religiosūq; fratrē Joannē meder
ordinis sancti Francisci minorū de obseruantia in
Basilea publicū cōcionatorē: Sebastiani Brant
in beati Methodij reuelationem prefatio.

Exhortaris me crebro: interpellationibus quoq; assiduīs
efflagitas amātissime pater: quatenus Methodij Euboi-
ci presulis sanctissimi: beateq; Hildegardis virginis reue-
lationes quas vocant: in picturatas redigere nō dedigner
tabellas. Notus fortassis gregoriane cōstitutiones lectio-
ne: qua scriptū reliquit. picturam rerum gestarum esse ne-
cessariam. Nam quod legentibus scriptura. hoc et idiotis
prestat pictura cernentibus. quia in ipsa ignorantes vidēt
quid sequi debeant. in ipsa legunt qui litteras nesciūt. Un-
de et precipue imperitis pro lectione pictura est. Tuo igitur
iussu deo amabilis pater: tuoq; suauī hanc q; corā cer-
nis popularem subij prouinciam. Tabulas vtrūq; sculpē-
das ordinaui: quo facilius spiritus prophetici multis in-
notescat vaticinium. Feci q; id eo libentius quo gloriofum
reipublice christiane contra infideles Thurcasq; inibi re-
promissum propius existimo fore triumphum. Id quod
ex varia iam rerum mutatione colligi licet. Tametsi com-
periantur qui prius Italiam hostili gladio ferendam au-
tument scriptores. Neq; rursus ignoro quosdā vaniloquū
sectatores non veteri hanc nostram reuelationem prophe-
ticam. anile deliramentum aut fabulam appellar inanem
Illud beati Augustini in epistolis afferentes elogium.
Tempora nouissima dinumerare non audemus. Neq; ali-
quem prophetam de hac re numerum existimamus prest-
nisse annorum. sed illud potius preualere quod ipse ait do-
minus: Nemo potest colligere tempora que pater posuit
in sua potestate. Quasi predicere christiane reipublice sta-
tus reformationē triumphūq; continuo foret terminū ex-
tremi presinisse iudicii. Quod mihi non sit verisimile. Quā
et saluator noster omnis veritatis auctor in euangelio di-
xisse legatur. Et predicabitur hoc euangelium regni in uni-
uerso orbe. in testimoniū omnibus gentibus. tunc veniet fi-
nis. Quid est tunc veniet finis: nisi ante nō veniet: fates-

mur ergo necesse est: incertum esse nobis quando veniet fi-
nis et id sibi soli deū referuisse. Dubitare tamen vtiq; nō
debemus: antea non esse venturum finem nisi prius fructi-
ficante ecclesia: vniuersus a mari vsq; ad mare impleatur
orbis. et gentium prius vt apostolus ait intret plenitudo.
Nemo igitur doctus negare ausit gloriosum hunc ecclesie
catholice triumphum: gentiūq; subuersionē imo ad fidei
archana conuersionem non modo diuinis predici reuela-
tionibus: sed et astrologicis presiniri posse calculationib;
Ego itaq; neq; detrabere sanctorum assertionibus tutum
esse arbitror: neq; cuncta taliter tradita pro necessarijs ac-
cipere: euangelij ve haberi loco dignum esse iudico. Cum
autem multa per eos prenunciata: effectū iam dudum cō-
pleta esse peruideam: dubium non statim quoniā sequan-
tur et pauca querestant. Quia sequentiū rerum vt Grego-
rius inquit certitudo: est preteritarum exhibitio. proderit
itaq; hec nostri effigiati operis promulgatio: vt saltem ad
cautele studium mentes euigilent humane: ne securitate
torpeant: aut ignorantia languescant. Sed semper eas et
timori in bono opere sollicitet et sollicitudo cōfirmet. Ab-
sint deus optimus maximus hanc sanctissimi sui nomi-
nis credentium plenitudinem. presertim inuictissimi chri-
stianissimiq; regis nostri Maximiliani ductu et auspicio
felicissimo: cuius regnum et imperium vitāq; et fortunam
diuina adaugeat tueaturq; clementia. Vale deuotissime
pater. vtq; id celerius fiat cuncta quoq; prosperentur: se-
dulo deum exorabis. Ex edibus nostris kalēdis nouem-
bris Nonagesimo septimo.

De preuaricatione angelice na-
ture: et illius e celo electione.

